



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

26 De peculio clericorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

## CAPVT VI.

## Causa aliqua solutionis Decimarum.

**S**oluuntur decimæ Deo, in signum vniuersalis domini eius, quo testamur omnia, ex quibus decimas soluimus ex Dei liberalitate procedere. *a* Item vt viuant ex his, qui cultui diuino in perpetuum dicati sunt: *b* qui enim altari seruiunt, de altari viuere debent; *c* vt non sit alligandum os boui trituranti. *d*

## SCHOLIA.

*a* can. Decima, 16. quæst. 1. cap. tua nobis, 26. de Decimis. Sic & ab Ethnicis, earatione solutas suis idolis & sacerdotibus docuimus, lib. 2. Syntagm. iuris vniuers. ca. 22. Tributi præstatio est etiam probatio subiectionis, cap. omnis anima, 2. de Censib. lib. 3. tit. 39.

*b* Numer. cap. 18. vers. 11. 2. Paralipom. cap. 30. vers. 4. cap. causa Carpenfis, de verbor. signific. c. quamuis sit graue, de Decimis. Ideo dicuntur tributa egentium animarum, in cap. tua nobis, 26. de Decimis. In can. Decima, 16. quæst. 1. quia debentur clericis egenis & pauperibus.

*c* c. cum secundum Apostolum, de Præbend. cap. cum sit Romana de Simonia, c. cum ab omni specie mali, 10. de vita & honestate clericorum.

*d* Ad Galatas, cap. 6. Deuteronom. 25. Diui Matth. 10. Diui Marci 6. Diui Luca cap. 19.

## DE PECVLIO CLERICORVM.

## a TIT. XXVI.

*a* De hoc habetur libro tertio Decretalium, tit. 25. in can. Episcopi de Rebus propriis cum 2. sequentibus 12. qu. 1. & quæst. 2. 3. & 4. per totam. Eo pertinere, saltem ad explicationem, possunt tituli Iuris ciuilib. de Peculio lib. 15. P. tit. 2. Et de castrensi peculio, lib. 49. P. tit. 17. maxime titulus 7. lib. primi C. de Sacrosanct. Ecclesijs. &c. & l. Sacrosancta, C. eod. tit. titulus de Castrensi pe-

*A* culio omnium Palatino. lib. 12. C. titul. 31. militum & Præfeitorum, libro 12. C. titulo 37.

## CAPVT I.

1 Continuatio.

2 Et peculium quid.

**S**ed quia incidimus in bona clericorum, seu personarum ecclesiasticarum, non prætermittimus de peculio earum quædam adiciere.

**B** Peculium dictum est, quasi pusilla quædam pecunia, siue patrimonium pusillum: *a* quare illud maxime conuenit clericis. *b* Quibus non debet esse abundans patrimonium, quia & illis omnibus, maxime autem, qui expresse renuntiarunt temporalibus, *c* dictum est. Nolite thesaurizare: *d* Et alibi, habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. *e*

## SCHOLIA.

*a* L. depositi 5. §. peculium, de Pecul. lib. 15. P. tit. 1. Peculium quod præsidii causa separaretur, l. si chorus, 79. de Leg. 3. quod ex eo Florentinus Iurisconsult. consistere dixit, quod parsimonia sua quis parauit, vel officio meruerit ab aliquo sibi donari, l. Peculium, 39. de Pecul. P. Inde peculium filii familias, quod seorsum a facultatibus patris habet, & peculium serui, quod seruus habet separatim a rationibus Domini, permissu eius, dicta l. depositi, §. fin. de Pecul. Extra quas etiam personas, alii peculium habere dicuntur, qui pusillum aliquid sibi quasuerint. Pecunia quippe vnde peculium, rem seu patrimonium significat, l. pecunia, de verb. significat. P. peculium a pecunia, & pecunia a pecudibus: quia olim primum as ouis & bouis effigie a Seruio Rege Romanorum signatum, vt ait Varro, lib. 2. Rustica. & lib. 4. de lingua Latina. Plinius lib. 18. cap. 3. Festus in verbo pecuniam. & peculium seruorum, idem Festus testatur a pecore dictum. Ratione acquisitionis in iure ciuili, peculium quadruplex dicitur profectiuum, aduentiuum,



castrense, & quasi castrense. Profectitium quod proficitur a patre vel domino filiofamilias vel seruo datum. l. profectitia, de iure dotium, P. l. depositi, §. fin. de pecul. P. Aduentitium, quod aliunde quam a patre vel eius occasione filiofamilias quaritur, vel ex propriis laboribus, vel successione, vel contractu, ut in l. cum oportet, 6. §. l. fin. C. de bonis quaelibet. lib. 6. C. ut. 66. l. penul. C. qui testa. facer. poss. cum simil. Castrense, quod a parentibus vel cognatis in militia degenti filiofamilias, donatum est, vel quod aliunde ipse sibi filiusfamilias occasione militia sibi acquisiuit, quod non fuisset quaesiturus, nisi militasset, leg. castrense, 4. §. 11. de castrensi pecu. P. Quasi castrense est, quod filiofamilias ex publico munere, vel functione publica, ut advocati, acquisiuit. Nam & hi militari videntur aduocati, qui industria & lingua defendant oppressos, l. Aduocati, 14. de Aduoca. diuer. for. iudiciorum, lib. 2. C. ut. 7. Distinctio castrensis & quasi castrensis peculii ab aliis illa maxima, quod in istis quaesita sunt in plena dispositione filiorumfamilias, ut nihil patri quemadmodum ex alius, queratur, nec illa communicentur fratribus, l. 4. de Castrensi pecul. l. fin. de Collat. honor. P. l. certum, C. Familia Hercisc. Lege Leonina viris reuerendissimis Episcopis, presbyteris, & diaconis, permissum fuit peculium habere quasi castrense, & sibi acquirere non patribus vel auo, in quorum fuerint potestate, & ut possent de eo libere disporre, l. Sacrosancta, 34. §. l. cum Leonina, 50. de Episc. & cler. seruata tamen legitima patri vel auo, Nouella 125 cap. 9. ideo & titulus de Peculio clericorum, lib. 3. ut. 25. existat.

b Clerici enim dicti, quasi in partem seu sortem domini vocati, can. Cleros, 21. distinct. can. Clericus, 12. quast. 1. cap. cum secundum Apost. de Prebend.

c Idcirco clericis tonsura capillorum fit, quae corona dicitur, quaque reges dicuntur, ca-

lesq, qui se & alios regere possint. De raso porro capillorum demonstrat Symbolo depositionem temporalium, quae reliquerunt, cum sine proprio, vultu & vestitu contenti esse debeant, can. prohibete, 23. distinct. melius in can. duo sunt genera, 12. quast. 1. ubi & glos. ad verbum depositio, ait, capillos paucos qui corona seu rasure facta relinquuntur, significare, quod debeant quadam exigua retinere ad vitae tantum sustentationem.

d Diui Matthaei, cap. 6. vers. 19.

e Prima ad Corinth. vers. 8. Initium vitae hominis aqua & panis, & vestimentum, & domus protegentur pituitudinem.

## CAPVT II.

### Quotuplex peculium Clerici.

Clerici peculium duplicis generis habere possunt, vel ex bonis Ecclesiae, seu occasione Ecclesiae quaesitum, vel aliunde. a Si nihil proprii habuerit presbyter, aut sui patrimonii, quando promotus est ad ecclesiasticum ordinem, & postea emerit praedia, ea ecclesiae esse debent. b Et quicquid vel suo vel alieno nomine de rebus, oblationibus, vel votis Ecclesiae contingentibus emerit, c & alia, quae occasione ecclesiae acquisuerit, id est, quae aliter non acquisiisset, nisi fuisset ecclesiae praepositus; nam & ea ecclesiae propriae censentur. d Acquirere vero potest clericus alia, aliunde quam ex ecclesia, vel occasione eius, veluti per paternam vel cognatorum ab intestato decedentium successione, vel ex testamento donatione vel alterius, vel labore proprio, de quibus libere disponit. e De fructibus autem beneficii collecta, num ad proprium & liberum peculium pertineant beneficiati, controversia videtur esse, ob quamdam usurpatam consuetudinem, per quam quidam putant beneficiatos facere posse fructus suos perceptos, & illos ad quoscunque vel alia patrimonialia, transferre iure donationis vel testamenti. Verum iutius erit pro conscientia



entia quieta & sincera beneficiari, iuxta A  
iuris præscripta, inde percepta tanquam  
sua aut propria non existimare, neque ea-  
dem in alias personas quam pauperes, &  
ad utilitatem Ecclesiæ suæ, dispensare.  
Cum vere sit magis procurator & dispen-  
sator, & usufructuarius bonorum Ecclesiæ suæ,  
quam proprietarius, aut usufructuarius. f

## S C H O L I A.

- a Eoque modo distinguitur in cap. quia nos, B  
9. & c. 1. de Testam. lib. 3. tit. 26. & in c.  
1. de Successionibus ab intest. eod. lib. tit.  
27. in cap. 1. & 3. de Pecul. cleri. in Au-  
thent. dicentium, C. de Episc. & cleric.
- b Dicto ca. 1. & 13. de Pecul. cler. li. 3. tit. 25.  
ca. placuit, 12. quest. 13. cap. cum in officii-  
is, 7. de Testam. Quia præsumuntur de bonis  
Ecclesiæ quæ sita, quemadmodum mu-  
lier vxor aliquid acquirens, præsumitur  
ex bonis mariti acquisisse, & ideo mari- C  
ti sunt. l. Quintus Mutius, de Donatio in-  
ter vir. & vxor. P. l. etiam, C. eod. tit. 1.  
Aduersus tamen hanc præsumptionem, ve-  
ritatis contraria admitteretur probatio.  
can. sint manifesta, 2. quest. 1. can. 1. & 2.  
12. quest. 4.
- c cap. inquirendum, de Peculio clericorum.
- d cap. quia nos, cap. relatum, c. requisisti, de  
Testam. can. Pontifices, 2. q. 3.
- e c. quia nos, de Testam. c. 1. de Success. ab D  
intest.
- f Hoc ipsum alibi nos disputauimus, lib. 42.  
Syntag. m. iuris vniuersi cap. 7. & proxime  
diximus, bona occasione ecclesiæ acquisita,  
iure pertinere ad ecclesiæ. Vnde sequitur,  
ut neq. de his disponere possit, quia de alie-  
nis nemo disponit, tit. de Reb. alien. non a-  
lien. C. l. nemo exterius, de Iudais. C. nemo  
enim dare potest quod non habet. l. traditio,  
de acq. rerum domin. P. l. nemo plus E  
iuris, de Regul. iur. P. l. si vniuersa, C. de  
leg. Quare non poterit præpositus Ecclesiæ,  
de bonis eius disponere, aliter quam secun-  
dum usum destinatum rebus, cap. 1. & ca.  
& quia nos, de Testam. can. multi fixum,

12. q. 5. can. fin. 12. q. 1. Et ita Panorm. ad  
c. 1. & fin. de Pecul. cler. tenet, clericos bo-  
norum Ecclesiasticorum esse tantum usufruc-  
tuarios, non usufructuarios, & ideo non facere  
fructus suos exemplo usufructuarius, nisi qua-  
tenus in eorum necessitates proprias expen-  
diant. §. 1. de usu & habitatio. l. 1. & 2. eo.  
tit. P. Scio distinctiones gloss. in c. proposuit  
ad verbum reservari, de offic. ordin. in Sex.  
& quomodo se tueantur ex consuetudine  
ut dicitur generali, qui dissipant bona Ec-  
clesiæ, & transferunt in usum extraneorum  
ab ecclesiæ & proximorum. Caterum ipsi  
qui tam pessime prophanant ex pretextu  
opes ecclesiæ, viderint cum sua consuetudi-  
ne, quomodo poterunt se expedire a iudicio  
Dei, cuius est patrimonium quod edum &  
dissipant, cap. cum ex eo, de elatio. in Sex.  
Non enim quid fiat ex consuetudine, sed  
quid fieri debet considerandum est. can.  
gloria Episcopi, 12. q. 2. cap. cum causam,  
de Electio. l. sed licet, de offic. presid. P. Ne-  
que enim factum usurpatum, præscriptione  
inducit. can. illud, 93. dist. can. licet, 16. q.  
3. nec in talibus, vllus annorum potest esse  
præsidio vel defensionis numerus, can. quod  
Deo, 33. quest. quinta, per rationem, cap.  
fin. de Consuetu. Bona Ecclesiæ & fructus  
beneficii dicuntur, nõ prælati, qui admini-  
strator vel dispensator, nõ dominus est. Sed  
ne hic institutionum breuium modum  
prætergrediar, videbis, quæ ad prohibiti-  
onem libere disponendi de fructibus per-  
ceptis a beneficiis tanquam de propriis, tra-  
ctata apud Panormitanum in repetitione  
capitis, cum esset, de Test. Rotam. Decis. 86.  
in nouis, Barbatiam in tractatu de præsta-  
tia Cardinalium, parte, 1. quæ. 3. Diuum  
Thomæ 2. 2. q. 185. art. 7. Archidia. ad c.  
statutum, de Rescrip. in Sex. ubi & expresse  
tradit, clericos nõ facere fructus suos bene-  
ficii, qui supersunt deductis expensis, & al-  
legat cano. 1. 12. q. 3. quem etiã in eodem  
intellectu notauit Bartholomæus Brixien-  
sis, nã quæ supersunt debet pauperibus cle-  
rici erogare. Sicq. acquisita Ecclesiæ sunt,



pro ea prouisione reſeruata, ca. *epiſcopi*, de *A*  
*rebus*, 12. q. 1. & proinde ſunt *uſuarii*. Fa-  
 tetur autem clericis, habito reſpectu pote-  
 ſtatis diſpenſandi, hos fructus facere ſuos,  
 ut ipſi ſoli poſſint diſpenſare, non alii: ſed  
 tanquam procuratores, id eſt ſua diſpenſa-  
 tionis, non tanquam Dominos, ca. *clericos*,  
 12. q. 1. Addere autem non erit valde one-  
 roſum, qua tradit *D. Hieronymus* ad cap.  
 5. prioris epiſtola ad *Timotheum*, relata in  
 cano. *viduus*, 5. & ſeq. clericos 1. q. 2. adde  
 & ca. *ſin.* §. clericos 16. q. 1. Concilium *A-*  
*quiſgranum* c. 107. relatum, in can. *ſiquis*  
 propter hoc, & ſequent. 1. quaſt. 2.

## CAPVT III.

Vnde peculium ſibi parare poſſint clerici.

**N**on eſt itaque improbatum vel pro-  
 hibitum clericis ſecularibus, qui non  
 ſunt profeſſi votum paupertatis, aliunde  
 quam ex Eccleſia acquirere, dummodo ex  
 licita cauſa & honeſto negotio lucrum  
 procedat. *a* Ex inhoneſto & illicito con-  
 tra. Quicquid autem homo plus iuſto ap-  
 petit, turpe lucrum eſt. *b* Quare & clericis  
 inhibitum, ne conductores aut curatores  
 ſecularium rerum ſint. *c* Neue procurato-  
 res perſonarum ſecularium pecuniarum  
 cauſa fiant. *d* Ne cauſa lucri, negotientur.  
*e* Ne tabellionatus officium in ſacris ordi-  
 nibus conſtituti gerant, ſne præponantur  
 ruptariis, baliftariis. *g* aut ſimilibus viris  
 ſanguinum. Ne diaconus, ſubdiaconus aut  
 præſbyter, vllam Chirurgiæ partem exer-  
 ceat, quæ aduſionem vel incisionem in-  
 ducit. *h* Ne ioculatoris vel hiſtrionis ar-  
 tem exercean, ſ aut carnificum ſeu lanio-  
 num vel tabernatorum, *k* aut alia inho-  
 neſta officia. *l* Ex quibus omnibus & ſi-  
 milibus prohibitis, clericis acquiſita, non  
 cenſentur nec merentur habere titulum *E*  
 aut nomen peculii clericalis, cum magis  
 ad cõtumeliam quam honorem Eccleſiæ  
 pertineant. Ideo & clerici ob ea veteſta offi-  
 cia & lucra inhoneſte quæſita a priuilegio  
 & gradu clericali repelluntur, & deſiciun-  
 tur. 778

## SCHOLIA.

- a* in *Conſilio* 4. *Carthaginenſi*, c. 49. §. 2. &  
 aliis, unde ſumti can. 3. clericus victum, &  
 4. clericus quantum libet, 93. diſt. & in  
 princip. eiusdem diſtinctionis permittitur  
 clerico, poſt penſum diuini officii ſolutum,  
 ex honeſto artificio victum ſibi parare.
- b* c. 1. ne cleri. vel mona. ſeculari negot. ſe im-  
 miſcean. lib. 3. tit. 50.
- B* c. diſt. c. 1. & c. ſecundum inſtituta, ne cleri.  
 vel mona. can. 1. decreuit 88. diſt. can. 1. 2.  
 3. & 4. 21. q. 3. Scriptum enim eſt, nemo  
 Deo militans implicat ſe negotiis ſeculari-  
 bus, 2. ad *Timothe.* c. 2. Neque enim infe-  
 rior nobilitas militie debita Deo omni-  
 tenti, militie ſeculari, in qua nobiles ab hu-  
 iuſmodi lucris popularibus & vilibus, ob-  
 ſtinere iubentur, ne militie diligentiam &  
 deſenſionem rei publicæ ſegnius, illis inten-  
 ti, exſequantur. in *l. milites noſtros*, 31. & *l.*  
*final. de loc. lib. 4. C. tit. 65. l. ſignorani*,  
 50. *loca. P. lib. 19. tit. 2. l. milites agrum*,  
 15. *dere milita. lib. 49. tit. 16. nouella*  
 116. *l. nobiles*, 3. *de Commer. & merca.*  
*lib. 4. C. tit. 6.*
- d* *sacerdotibus*, 2. & c. ſed nec 4. ne cleric. vel  
 monach.
- e* c. ſecundum inſtituta, §. ne cleri. vel mona.  
 ca. negotiatorem. 9. cum 5. ſequentibus 88.  
 diſt. c. ſi. de vita & honeſta. cleric. ubi &  
 ponitur pœna.
- f* c. ſicut te accepimus, 8. ne cle. vel monach.  
 Poſſunt autem clerici illi, ſecundum *Go-*  
*ſfredum* eſſe notarii *Papa*, ca. *quidam*. 5. q.  
 1. & *epiſcoporum*, & *Archiepiſcoporum*,  
 c. 1. de *Symo.* non inter laicos.
- g* c. ſententiam ſanguinis, 9. ne cleri, vel mo-  
 na. Ruptarii dici poſſint, qui impetu fa-  
 ciunt in acie, vel machinas bellicas ad mu-  
 ros vel alia rumpenda ſeu frangenda diri-  
 gunt, ut balliſtarii, qui olim impetu ma-  
 gnarum machinarum in arcum reſarum  
 ſaxa & lapides magnos aut iaculatorque-  
 bant & iaculabantur, de quibus *Vitruui-*  
*us* lib. 10. c. 16. *Vegetius* lib. 2. c. 10. De-  
 ſcript



seripit & Ballista formā Amianus Marcellinus lib. 23. arcus minores erant ballista manu intenzi, sic & ballistarii & arcuarii intenzi in l. fin. de iure immunita lib. 50. P. tit. 6. ballista habet fustem intermedium, in quo extenditur arcus, arcus sine illo fuste est. Prohibetur ars ballistariorū contra Christianos, in c. vni. de sagittariis lib. 5.

h dicto cap. sententiam sanguinibus ne cleri. vel monach. Ecclesia enim & eius clerici, alieni esse debent ab omni crudelitate & effusione sanguinis, & tantum abest, ne possint praefici fundentibus, ut neque ipsi iuste sententia mortis vel fusionis vel abscissione membri interesse debeant, vel consentire, vel subscribere. dict. c. sententiam, c. clericis, ne cleri. vel mona. secula. nego. se immisce. c. ex clericis, de excessib. pralator. c. in Archiepiscopatu, de Raptor. imo, nec dare de fundendo, etiam si fundendus sit, consilium. can. illud. 23. quest. 4.

i c. 1. de vita & honesta. cler. in Sex. lib. 3. tit. 1. c. cum decorem, 12. eo. tit. apud Gregorium.

k Clem. si. de vita & honesta. clerico. lib. 3. Clement. tit. 1.

l c. clericis officia, 15. de vita & honesta. cleri.

m ut liquet ex c. 1. de vita & honesta. cler. in Sext. & in Clementinis & aliis iuribus proxime citatis c. ex literis, de excessib. pralat. cap. clericis, ne cleri. vel monach.

## CAPVT IIII.

Quorum clericorum peculium dici possit.

Ceterum non omnes clerici peculium habere possunt, cuius modi illi, qui monasticam regulam in monasteriis professi sunt. a Siquidem in illa professione tria vota expresse emittunt & profitentur, se seruaturus in perpetuum castitatem, obedientiam, & paupertatem. b Possunt tamen ex licentia praelati sui, habere administrationem peculii: nempe vel ad vtilitatem monasterii, vel ad seiplos alendos. c Alioquin monachus proprium habens, si non renuntiauerit proprietati ante mor-

tem, sepultura priuatur: de etiam si sit canonicus regularis, e quemadmodum & talis dum viuuit, ex monasterio est eiiciendus. f

## SCHOLIA.

a c. monachi, 2. & ibi Panor. de Stat. monach. lib. 3. tit. 3. 1. neque enim proprium habere possunt, ca. non dicatis, 12. q. 1. ca. 1. 18. q. 1. ca. monacho, 27. q. 1.

b c. cum ad monasterium, 6. de Stat. monach. clem. exisi, de verbor. signif.

c c. insinuante, qui cleri. vel vouentes, & c. Quicquid lucratur monachus etiam apostata, monasterio acquirit, ca. abbates, 13. q. 2. l. Deo nobis, & authen. ingressi, C. de epis. & cler. Sic successiones, qua monachis Apostatis accidunt, relinquuntur ut quaesita monasterio, nouella 123. c. 4. l. ut non liceat parentibus, hodie excussa, num. 55. §. si. de episcop. & cleri. Et quamuis etiam vetante monasterio, monachus acquirat secundum Innocentium, per l. etiam, de acquir. rerum dom. P. attamē, si monachus fuerit eiectus a monasterio, ei non acquirat, nec ulli. Et existimat Innocentius, cum eo contractum factum non valere, nisi dicamus esse tunc illud quaesitum episcopo, a cuius iurisdictione nō est absolutus, ut refert Summa Rosella, in verbo religio. 1. numero 1. Innocentium aliquando sensisse.

D Ego tamen potius arbitrarer quaesitum principi seculari, ut tituli, de bonis vacantib. lib. 10. C. tit. 10.

d dicto c. cum ad monasterium, & c. 2. & cap. super quodam, 4. de Statu monacho. Et sepeliri talis monachus proprietarius in sterquilinio iubetur, in dicto c. cum ad monasterium.

e dicto cap. super quodam de Sta. monach.

f dicto c. cum ad monasterium, de Stat. mon.

## CAPVT V.

Effectus distinctionis peculii clericorum.

Vtilitas & effectus distinctionis peculii clericalis erit, vel maxime in eo, ut clerici de his, qua intuitu proprie personae

A a



ex bonis paternis vel aliorum successione, aut artificio proprio, vel donatione aliorum, adepti sunt non habito respectu ad Ecclesiam suam, possint libere disponere: de illis autem, quæ ex Ecclesia vel occasione Ecclesiæ possessæ ab aliis perceptæ sunt, non possint libere testari. Sed Ecclesiæ teneantur relinquere. **a** Quare nec canonicus habens præbendam distinctam in Ecclesia, cum talis dicatur habere administrationem, non poterit etiam iure testari de fructibus perceptis ex illa præbenda, **b** poterit tamen, dum vivit, intuitu elemosynæ de his donare. **c** Possit & quis tantum de bonis Ecclesiæ legare, quantum ei contulerit. **d** Est & alius effectus peculii, ut conveniat eos Ecclesiæ bonis sustentari, quibus non sunt propria bona, alias non: quibus propria & parentum sufficient. Nam ii, si bona Ecclesiæ accipiunt, iudicium sibi manducant, & bibunt, & sacrilegium committunt. **e**

**A** collato. dist. 1. c. quia nos, & c. relatum, de Test. quia hæc dantur principaliter, non ratione Ecclesiæ, sed ratione servitii personalis, id ipsum dicitur de his quæ lucratur presbyter pro missis dicendis, quæ pro servitio personali videatur acquisivisse. Panor. ad c. cum in officiis, de Testamen. Contrarium in rectore etiam Ecclesiæ seu curatione, qui nec reditus, nec oblationes, nec vota prætextu Ecclesiæ facit sua propria, sed omnia cedunt in utilitatem Ecclesiæ secundum Panor. ad c. inquirendum de peculio cleric.

**c** ad hoc, de Testamentis.

**d** ca. si quis qualibet, 1. 2. q. 2. si episcopus, 1. 2. quest. 5.

**e** sunt verba divi Hieronymi in c. 5. prioris epistole ad Timotheum, relata in ca. clericos autem, 6. 1. q. 2. Iunge ca. pastor Ecclesiæ. 7. & ca. si quis propter hoc eadem 1. q. 2. & can. illi qui, 1. 2. q. 1.

## S C H O L I A.

**a** c. 1. c. quia nos, 9. c. relatum, 2. §. ceterum, c. requisisti, 1. 5. §. illud, de testamen. ca. 1. & 2. 1. 2. q. 1. c. 1. & 3. de pecul. cleric. c. 1. de success. ab intesta. authent. licentiam, & l. Sacrosanctæ, de episco. & cleric. novella 131. cap. 17.

**b** dicto c. relatum, 1. 2. de Testam. Innoc. in c. D nonum genus, de decimis, vide Chassanenum ad §. 5. ad verba, & au regard des biens meubles, num. 29. des successions des bastards, in consuetudinib. Burgund. Dico porro, ipso iure non posse testari, ut excludam consuetudinem, de qua in glos. ad c. si. de offi. ordina. in Sex. Infertur autem, quod si canonicus habeat distributiones quotidianas, tantum quæ dantur pro stipendio personali pro singulis horis, quod de illius quaestis potest testari, tanquam de quaestis pro labore diurno, ut in c. 1. de cleric. non resident. in Sex. sicut & mercenarius potest disponere de his, quæ illi data sunt pro stipendio & labore in Ecclesiam

DE PRÆBENDIS SEV  
BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

## a T I T. XXVII.

**a** Agitur de beneficii titulo de Præbendis lib. 3. Decret. tit. 5. & in Sexto Decret. lib. 3. tit. 4. & lib. 2. Clem. tit. 2. & in Extrava. eo pertinet titulus ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur lib. 3. tit. 12. in Decretalibus Gregorii novella Iustina. 3. ut determinatus sit numerus clericorum sanctissimæ maioris Ecclesiæ, & ceterarum Ecclesiarum Constantinopolitanarum. De mensura ordinandorum clericorum Novella. 16.

## C A P V T I.

1 Continuatio.

2 Quidue beneficium Ecclesiasticum.

**B**eneficium Ecclesiasticum, **a** ex cultu divino & bonis temporalibus constat, **b** inter iura & res Ecclesiæ annumeratur. **c** Et hoc etiam vocatur, sacerdotium, **d** Ecclesiæ & sanctuarium. **f**

Definitio eius erit, beneficium Ecclesiasticum,